UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri|| quatuor.||

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Titelblatt

urn:nbn:de:hbz:466:1-72607

Visual Library

17

DN. DVRANDI à Sancto Portiano, in Sententias Theologicas Petri Lombardi Commentariorum libri quatuor.

anno 1711.

Primùm quidem per Nicolaum à Martimbos, eximium Nauarrenſis Collegij Theologum, nunc verò denuo per alios quoſdam non inferioris notæ Doctores quanta fieri potuit cura diligentiáque emendati.

Collegii Soc. Jesu Paderbornae

Vnà cum Autoris Vita, & copioſiſſimo deciſionum omnium Indice.

ANTVERPIÆ,
In ædibus Viduæ & Hæredum Ioannis Stelſij.
M. D. LXVII.

Cum Gratia & Priuilegio.

C. 206.

Ex Ioanne Trittehemio Abbate

SPANHELMENSI IN CATALOGO ſcriptorum Eccleſiaſticorum.

DVRANDVS de Sancto Portiano, Ordinis Fratrum Prædicatorum. & poſtea, vt ferunt, Anicienſis eccleſiæ Epiſcopus, Vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, atque in Philoſophia non inſimè doctus, ingenio promptus, & clærus eloquio, Declamator ſermonum egregius, ſcriptorum ſancti Thomæ Aquinatis primò defenſor, poſtea verò acerrimus impugnator, cuius mutationis cauſa quædam fluctiuaga fertur, cui ego fidem nec facilè tribuere debeo, nec temerè denegare. Scripſit quædam non ſpernanda volumina, quibus nomen ſuum notificauit. De quibus feruntur.

Super ſententias	*Libri quatuor.*	*Eſt Deus in cælo reuelans myſteria.*
De inſtructione cleric.	*Liber vnus.*	*Fratres charisſimi.*
Summa notabilis	*Liber vnus.*	
Quæſtiones variæ	*Liber vnus.*	
Sermones diuerſi	*Liber vnus.*	

Cætera quæ compoſuiſſe dicitur ad notitiam meam adhuc non venerunt. Claruit ſub Ioanne Papa.22. & Ludouico Imp.4. Circiter annum Domini.1318. Hæc ille. Cæterum Durandus præfatur ſe in Scholis ſacri palatij, veritatem ſcripturæ ſacræ docuiſſe, & per ſedem Apoſtolicam ad Epiſcopalem dignitatem promotum, & lib.4.diſtin.13.quæſt.3. teſtatur ſe in Curia Romana longo tempore ſtetiſſe, & adhuc ibidem quum hæc ſcriberet, fuiſſe, & diſtin.24. quæſt.3. Anicienſi eccleſiæ præfuiſſe. Huius meminit Raphaël Volaterranus antropologiæ lib.21. Inter illuſtres Dominicani ordinis viros, in hunc ferè modum, Durandus ſcripſit in ſententias commentarios Thomæ Aquinatis, cuius ferè tempore fuit prius adſertor, deinde quadam palinodia impugnator, verùm à quodam poſtea huius etiam ordinis Durandello palàm impugnatus. Ioannes Gerſon Pariſienſis Cancellarius theologis apud Nauarram ſtudentibus, huius lectionem conſuluit Doctoris, vt inquit ille, reſolutisſimi, quiq; ſuper ſententias purius & ſolidius conſcripſerit, in ea præſertim theologiæ parte, quæ inter Scholaſticos verſatur. Qua in re, vt illi, ita ſuum cuique eſto iudicium.